

dicā. malignitatis, a plerisq; separatio est admodū difficilis.

APOL. Est ut humo productus homo; sic Venula terra.

Aurea cuius est, homini sua robora confert.

AUR. Quænā vero ad usū præcipue eligenda sunt Mineralia?

THEOD. Ea quæ nihil habent erodentis, malignæ & deleterix, ut loquuntur Medici, quali raris: Aut saltem ea, à quibus illa facillime secerni aut separari queat.

AUREL. Quænā sunt illa?

THEOD. Aurum, & Argentum: quorum tota substantia facili quidem negotio; artis tamen adminiculo; absque omni minerali, absque ardente, & arrodente illo vini spiritu, ac sale tartareo; in Sulphur temperatissimum, & quasi vivificum convertitur. Fortasse & tibi, Apolloni, artificium hoc non est absconditum & incognitum.

APOL. Ars docuit medijs, Auri dissolvere corpus,

Quæ nil arrodens, nil Minerale tenent.

Res quadam, Medico quæ multum excellit in usu.

Solvendo adsimilans, spirituale facit:

Corporis ut partes penetret, solitetque per omnes:

Per varias vias pellat ut orare vias.

Sic tenuis pulvis, moderante calore solutum,

Spirituale Aurum, vivificumque facit.

THEOD. Rē ita accipite: Auri vera solutio, duplex est: Vna violenta, quæ fit per vulcanum vulgarem; cuius vi, ad aperto auri corpore, cum quibusdam pulveribus Solaribus, ac Sympatheticis illud unitur, & cōjungitur; ita ut aurum medicabile, & penetrabile reddatur: quæ solutio vel vulgaribus nostris chymiatricis jam pridē innotuit. Altera est Naturalis, quæ fit per Vulcanum occultum, & Acetū illud Naturæ ætherium, unicū, universale; solis Hermeticis, & Pythagoricis Naturæ cōsultis cognitū: Hoc modo corpus auri vere demortuum, non modo per id, ex quo à Natura ipsa productū est, suaviter, amitterq; dissolvitur: Sed etiam velut ex morte resuscitatur; plane vivificum, & quasi spirituale efficitur. De quo arcano omnium maximo, alio fortassis loco, & tempore.

AUR. Non sic effugies; quorsum te proripis? Eia

Siste gradum, cur hæc fratres mysteria celas?

Quid differs? Num sæpe nocet differrā paratis?

Fratribus Arcanum Natura hoc nobile pandas:

Hoc opus, hic labor est: pauci, quos æquus amat

Iuppiter, aut ardens exivit ad Æthera sensus,

Dīs Chari potuere.

Q 99 4

APOL.

*Aurum,
& Argens-
tum.*

*Auri solutio,
& exaltatio
vere, facili-
s, & expedita.*

*Auri solutio
duplex.*